

is. &c. qui multa prædicunt & prævident,
æ tamen propter istam prævisionem non
aut causantur; sed quia res ita futura
sunt, ideo præsciunt & prævident. 2. Præscien-
tia Theoretica (practica enim, cui scholastici
tantum res bonas subjecerunt, est conjuncta
cum operationis efficacia) & nuda futura
est cognitio formaliter aliquam causalitatem
non connotans. 3. Præscientia est actio im-
manens: causa autem efficiens transmuta-
tionis foris se exerit & agit in objectum à se
distinctum.

Object. 2. Deus produxit mundum jux-
ta decretum suum. E. necessario. Consecutio
sequitur. Nam decretum Dei est immu-
tabile. R. Esse ibi necessitatem non absolutam,
sed hypotheticam.

Object. 3. Si Deus non agit necessario,
agit contingenter. Sed hoc est absurdum. B.
illud. Minor probatur: Nam contingen-
tia importat mutabilitatem & inconstantiam.

Scotus, concedendo Deum contingenter
agere: sed dicendum potius, in Deo agendi mo-
dum neque esse necessarium, neque contingentem
sed esse, liberum absque necessitate & absque con-

618-